3407 Veronae *in casa di quel scoltore parente de Mons^e^ da Catalmoro* MANUT.; in Athesi flumine rep. litteris attritis GRUT.; apud Petrum Paulum Peregrinum VELS.; in hortis Giusti LISCA et RELIQUI. Ibidem adhuc.

L LAETORIO
L · F POB
ANNEIO · RVFO
. . . .
A . . . . . *LARCVS*
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . *NAR*
. . . . *VIRO*
SEX VIRI
*OB MER*ITA EIVS
L D D D

Contuli; quae non agnovi, addidi litteris cursivis distincta. Habent Manutius cod. 5235 f. 9; Grut. 1160, 13 a Ceruto; Velseriana f. 24′; Lisca et Cozza p. 241; Orti *giard. Giusti* p. 48.

4—10 sex septemve versus litteris minoribus scripti plane evanuerunt; ne earum quidem, quas hic expressi secundum Gruterum, reliquiarum quicquam agnoverunt reliqui deprehendive ego visumque adeo est in fine v. 10 non VIRO esse, sed potius ‿ICIO litteris fugientibus et incertis. Crediderim sex sexvirum nomina ibi olim perscripta fuisse. — 11. 12 plenos dant Manut. Grut.

3408 Veronae in moenibus ubi dicitur Castel Vecchio ANTIQUI. Inventa nuper in antiqui muri ruderibus, extat in aedibus Io. Bapt. de Hortis prope Castrum vetus VAL. PALERMUS et PANV. In iisdem aedibus MANUT. Pontini (apud Nichesolam) VELSER. In museo philharmonico LISCA et POSTERIORES. Est n. 195 ita collocata in muro, ut Graeca inscriptio ad viam prostet, Latina intus in museo.

NIS F · PO *b*
LVCIL · IVSTINVS
EQVO · PVBLICO
HONORIB · OMNIB
MVNICIP · FVNCTVS
*id*EM · IN · PORTICV · QVAE
*d*VCIT · AT · LVDVM · PVBLC
*c*OLVMN · IIII · CVM · SVPERFC
*e*T STRATVRA PICTVRA
*u*OLENTE POPVLO DEDIT

a tergo:
ωPA
KAI
TYXH

Contuli. Habent inscriptionem posticae solam antiqui Felicianus n. 20, Marcanova Mut. f. 118 n. 18; Ferrarinus f. 9′; Gammarus f. 126; Lilius f. 46; Iucundus f. 65 n. 26; Mur. 1466, 7 ex schedis Passionei inter alia male confusa; utramque Valerius Palermus in epistula data ad Paulum Manutium Veronae 26 Sept. 1565 (cod. Vat. 5237 f. 273. 274); Panvinius ms. f. 133, ed. p. 96 (a quo, scilicet ex schedis eius, pendent Tinto p. 144 et Grut. 1020, 6 ex schedis Sculteti adhibitis praeterea Cerutianis; item ex edito libro Reines. 2, 87); Manutius 1565 f. 4; Velseriana f. 11; Lisca et Cozza p. 239; Moscardo *stor.* 1668 p. 20; Maffei Ver. 4, 78, M. V. 126, 1 (inde Mur. 471, 2; Orelli 3286).

1 sic Panvinius (ms.): L·VIS . . . IIV.

...... *nis f. Po*[*b.*] *Lucil*(*ius*) *Iustinus, equo publico, honorib*(*us*) *omnib*(*us*) *municip*(*alibus*) *functus.* [*Id*]*em in porticu, quae* [*d*]*ucit at ludum public*(*um*), [*c*]*olumn*(*as*) *IIII cum superfic*(*io*) [*e*]*t stratura pictura* [*v*]*olente populo dedit.*

3409 Rupae Clarae [=Roverchiara] in templo.

MAGIA · C · F · PROCVLA SIBI · *et*
OCTAVIAI · Ɔ *l* · COELIAE · MATRI
ET · C · MAGIO · SEX · F · PATRI
VI · VIR · AVG *de* SVO

Velseriana f. 24.

1 F pro E traditur. — 2 L addidi.

3410 cippus magnus. Veronae ad oratorium divi Zenonis in ecclesia FELIC.; in ecclesia S. Zenonis oratoris in pavimento SAN.; similiter ANTIQUI RELIQUI, etiam BEMBUS et SARAYNA. In aedibus Turrianorum PANV. *In casa del conte M. Antonio della Torre* TINTO. Ex museo Moscardiano a. 1817 venit in philharmonicum VENTURI ms.

C · MARCIVS
THERMI · L
CALLISTVS
VI · VIR ET
AEMILIA · P · L · C · L
EVCHE · VIVI FEC
H M H N S

Contuli. Habent Marcanova Bern. n. 648, Mut. f. 118 n. 17; Felicianus n. 19; Ferrarinus f. 9′; Redianus f. 64 n. 27; Gammarus f. 127; Lilius f. 47′; Sanutus f. 68; Chigianus I. VI. 203 f. 39′; Bononius cod. Tarvis. a. 1517 et cod. Cicognae 1874 f. 38′; Io. Bembus f. 132; Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 45′. 47′, Ital. f. 77′ (inde Smet. 161, 1); Panvinius ms. apud Saraynam Ital. l. c. et ant. Ver. ms. f. 117′, ed. p. 87 (inde Tinto p. 311. 319); Carotus f. B′ (ex Sarayna et Carottae schedis Grut. 435, 7); Palermus in em. ms. ad Saraynam; Osann p. 550; Orti *sopra lap. scop. nel 1825* (Veronae 1826) p. 7.

3411 Veronae in aede S. Laurentii.

D M · METELLVS · HADRIANVS M
V SIBI F
MAGISTER · COLLEGI · CENTONA
RIORVM · CANDIDATVS · EX · DE
CRETO · AEORVM · LOCVS · EMPTVS

Servavit Sarayna Lat. f. 49′, Ital. f. 58 cod. bibl. capitul., cum ab altero bibl. municip. absit (inde Panvinius in add. ms. ad Saraynam f. 50, ed. p. 87; Grut. 438, 5 ex Sarayna et Sculteti schedis).

Vv. disposui ad Panv. ms. — 3 COLLEGII Panv. (ed.) — CENTENA Sar. (Ital.). — 5 EORVM Panv. — Ita corrupta est, ut manus ab ea abstinuerim.

3412 *nella facciata della piccola chiesa detta Chiesone sulla riva sinistra del Tione a mezzo miglio di S. Pietro in Valle, a 2 m. di Roncanova.*

M · MVCIV
POB · MAXIM
DECVRIO
VERONIEN
MVCIA P F I
V V I

Bern. Angelini *del campo di Attila* in Bibliotheca Italiana Mediol. 28, 33, ubi datur picta; ab eodem Angelinio et Venturius in comm. ms. ad mus. intercol. n. 12 et Persicus *descr.* 2, 255. Contulit mea causa Bertoldius.

Non attendi nisi ad tabulam Angelini et exemplum Bertoldianum. — 1 MMVCIN Bert. — 5 MVMVCIAPFI Bert., MVCIAE Ang. — 6 sic Ang., /VMV/ Bert. dubitans.

3413 Arbizzani in turri campanaria intus.

N A E V I A E
L · F · NAEVIOLAE
QVAE · VIXIT · ANN
XXII · M · IIII · D · V
M · CLObVS M F CANbDVS
IIII VIR · I · D · ET · Q · AERARI
VERONAE · SACERDOS
I Ↄ VIV / / T · LAVIN

Contuli indicatam a Giuliario.

8 quid subsit, non assequor; certe quod expectabam LAVRENT cum vestigiis non convenit, quae sunt haec. Prima littera est I potius quam L; secunda videtur fuisse O vel C; tertia est V; quarta I; quinta videtur fuisse V; sexta quae deest angusta fuit; septima videtur fuisse X vel V; octava est T. Fuit fortasse *Iovi vict*(*ori*).